



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1773

VD18 90118677

§. 14. Reconciliationis articuli in Maduani Ducis favorem promulgati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](#)

Sæcul. XVI. adhuc occupatas tenebat, Hispanis tra-
A.C. 1596. deret, quinimo ipsem Dux ad deme-
 rendam hanc gratiam sibi viam sterne-
 bat; cum enim ab omnibus ferme de-
 relictus esset, missis ad foederatos lite-
 ris hæc declarabat, „postquam Henri-
 cus solemni ritu fese Catholicæ Eccle-
 siæ aggregavit, caussa, ob quam in
 „eum arma sumpsi, haud ultra subsi-
 stente, illum tanquam Regem meum,
 „ac legitimum Successorem agnoscere
 „firmum, fixumque habeo: vos omnes
 „igitur hortor, ut pariter ad ipsius ob-
 sequium redeatis: ego autem vestro
 „nomine de pace cum Henrico agere
 „paratus sum. „ Ad hæc una omnes,
 excepto Mercuriano Duce, consen-
 sunt, ut Maduanus ipsorum caussam
 coram Rege ageret.

§. XIV.

*Reconciliationis articuli in Maduani
 Ducis favorem promulgati.*

*Daniel &
 Thu. l.c.*

Eapropter Ducis, Foederatorumque
 Deputatis cum Henrico agentibus
 tandem pax conclusa est, ac ipsem
 Rex Mens Januario edictum Folem-
 bræi conditum, ac triginta, & uno ar-
 ticulis absolutum in gratiam Maduani
 Ducis divulgari jussit sub hoc titulo:
*Regis edictum de articulis Maduano Duci
 concessis pro Regni tranquillitate.* Ex his
 articu-

articulis nonnisi præcipuos adducemus; **Sæcul XVI.**
primo igitur Rex huic Duci indulxit, ut **A.C.1596.**
Cablonium, Severum, & Suezionem
urbes tanquam securitatis asylum per
sex annos retinere possit, attributa ejus
Filio Cabilonensi Præfectura: insuper
cautum, ne per integrum hoc sexen-
nium præter Religionem Catholicam
ullius alterius sectæ libertas ibidem per-
mitteretur, aut hæretici quicunque ad
Urbis munia, & dignitates admitteren-
tur. Altero capite sancitum, ut revo-
catis omnibus sententiis, & decretis
contra Ducem, ejusque clientes editis
omnes Ecclesiastici, ac Proceres suis
beneficiis, dignitatibus, bonisque re-
stituantur, & dignitates, quas a Duce
obtinuerunt, eis assertæ maneant, dum-
modo intra quadraginta dies fidem suam
juramenti religione Regi obstringerent,
atque a cujuscunque fœderis societate
discederent. Sexto articulo præteri-
torum omnium gratia facta fuit, ex-
ceptis iis, qui Parricidii in Henricum III,
commissi complices essent: cum autem
hujus criminis invidia ipsum Ducem,
& Monpenseriam Ducissam, aliosque
Proceres petere videretur, hinc Rex in
suo edicto declarabat, inspectis, ac per
septem annos exceptis testimoniosis com-
probatum haberi, quod hi omnes ab
hoc scelere immunes essent, ac ipsimet
suam

Sæcul. XVI. suam innocentiam coram Rege vindicassent, proin hæc exceptio ipsos minime tangeret. Infuper articulo duodecimo Rex testatum reddebat, quod Maduanus Dux cædis in Menelæum Marchionem Feræ Gubernatorem perpetratae auctor non extiterit, proin nec in ipsum, nec in alios de hujus nece suspectos inquireretur, præterea vigesimo sexto capite statutum, ut Massiliensis Urbs cum ceteris Provinciæ oppidis hujus edicti gratia potiretur: fuit autem Massilia speciatim nominata, ut hujus Urbis cives ad excutiendum Caroli Casalii jugum animarentur; hic enim urbem Hispanorum imperio subjicere molitus Carolum Auriam cum aliquot tremibus in portum receperat, quamvis postea Casalio cæso hæc Urbs in Guisii Ducis manus, & Regis obsequium tradita fuisset. Pariter Rex articulo vigesimo septimo declarabat, quod Mercuriani, & Aumalii Ducis postulata excipere, ac promulgatam in Aumalium mortis sententiam revocare paratus esset, dummodo & ipsi ad obsequium redirent: denique articulo vigesimo nono ad solvendum æs alienum ab eodem Maduano tempore belli contractum Rex ter centies quinquaginta aureorum milia pendere pollicitus est. Porro hosce articulos Rex in Maduani favorem sanctitos

citost adeo religiose observari voluit, ut **Sæcul. XVI.**
 tunc, cum illorum quosdam in Sueffio- **A.C. 1596.**
 nensi curia nonnullis conditionibus limi-
 tari comperiret, novo diplomate præ-
 ciperet, quatenus Dux gratiis sibi con-
 cessis plene frui permitteretur: hac igi-
 tur Regis liberalitate, generosique ani-
 mi testificatione expugnatus Maduanus
 Dux ab eo temporis momento omnibus
 factionibus nuntium mittebat, atque
 obtenta Regem adeundi venia Sueffio-
 ne Moncellum contendit, ibidem Hen-
 rico dexteram deosculaturus, a quo e-
 tiam perbenigne exceptus, post amicos
 utrinque amplexus in castra ad Feram
 deductus est.

§. XV.

*Nemorsius, & Joyosa Duces in gra-
 tiam Regis recepti.*

Stabilita hac Maduani Ducis reconciliacione Henricus Rex cum nullum **T. u. l. c.**
Spond. n. 10.
 sibi a Burgundis ultra periculum esset,
 faciliiori negotio Provinciales ad officium
 redigere poterat, præcipue postquam
 Henricus Sabaudus Nemorsius, & Hen-
 ricus Joyosa Duces, qui inter foederatos
 magnum sibi nomen conciliaverant, Re-
 gis gratiam imploraturi venerant. Ergo
 eodem Mense Januario itidem Folem-
 bræi speciale promulgatur edictum, vi
 cuius præteriorum venia utriusque con-
 cessa